¶ Co. Quo sit nobis credendum, in Christum, Micenum nos docet Symbolum, longe sane melius, quam hic Lutherus. Vniuersa enim Ecclesia orat. Propitius esto. Parce nobis domine. Miserere nobis, etc. Dimitte nobis peccata seu debita nostra. Id autem non faceret, si credere deberet unusquisque nostrum prius illi sibi proprium esse, & peccata nostra super se recepisse. Quid enim petit quod prius habet? Tollit quidem peccata nostra Christus, sed non facit sua. Aliud est tollere aut delere, aliud suum facere, aut pro suo agnoscere. Quis denique nostrum tantum presumat, ut Christi iusticiam, quam nulla est maior aut perfectior, arroget sibi? Quis peccati sui & iusticie Christi commixtionem faciat? An frustra dicit Apostolus. Que participatio iusticie cum iniquitate? aut que societas luci ad tenebras? Quid prodest aut edificat tanta uerborum nouitas, qua scandalizantur infirmi?

16
*Sunt hinc
legit*

¶ Lu. Quia super Christum iacet totius mundi peccata, & Patris iusticia, quam in Christo est, uult omnia peccata nostra absorbere

Hiere. 30.

¶ Co. Hec quod extranea est & dicendi et credendi formula Altior certe est Christus, quam ut totius mundi peccatis subiaceat, Et iusticia dei potius puniat quam absorbet peccata. Ait enim per Hieremiam ipse dominus. Castigabo te in iudicio, ut tibi non uidearis innoxius. Item propter multitudinem iniquitatis tue dura facta sunt peccata tua. Et propter dura peccata tua feci hec tibi. Item iustus es domine in omnibus que fecisti nobis. Omnia ergo que induxisti super nos in uero iudicio fecisti. Daniel. 3. Misericordiam autem dei est remittere ac delere peccata. Ait enim propheta psal. 50. Misere mei deus, secundum misericordiam tuam. Et se. mul. mis. t. dele iniquitatem meam. Semel autem portauit in cruce peccata nostra Christus, & pro peccatis nostris mortuus est. At iam non moritur, nec ultra crucifigetur

17

¶ Lu. Fides ita fortis & prepotens est, quod ei nullum peccatum preualere potest, Quis assint peccata in probis & fidelibus, sed eis non imputantur, nec eos damnare possunt. Hoc sentit Paulus Rom. vi. Corpus mortuum est propter peccata, sed spiritus uiuit propter iusticiam

Luca. 12

¶ Coc. Nusquam ita sentit Paulus, sed magis astruit contrarium, dicens. 1. Cor. 13. Et si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero nihil sum. Charitatem autem expellit uel minimum peccatum mortale quod proinde & fidem inanem facit, donec per penitentiam peccatum deleatur, ubi gratia. Si quis fidem habet, fornicetur, peccatum hoc ei non minus, imo magis imputatur quam infideli, si fornicatur, quia magis est ingratus deo. Ait itaque Christus, ille autem seruus, qui cognouit uoluntatem domini sui, & non se preparauit, &

1079
nō fecit scdm uolūtātē ei⁹, uapulabit mltis. Qui aut̄ n̄ cognouit, & fe-
cit digna plagis uapulabit paucis. Q̄ aut̄ falso allegauerit Paulū Lu-
ther⁹, patet statim ex principio illius capituli. Quid ergo dicem⁹? (in
graphus) Manebimus in peccato, ut grā abūdet. Absit. Qui ei mor-
tui sumus p̄ctō (intellige per baptismū) quō adhuc uiuemus in illo: Roma. 6
Falsum est igit̄ totū, quod hic affirmat Lutherus.

¶ Lut. Ideo arguit spūs sanctus mundū, Virga aut̄ p̄ quam
mundus corripit̄ est eius sanctū uerbū, aut̄ p̄dicatio, p̄ apostolos & p̄
dicatores annūciatū. Sicut ait Dauid. Reges eos in uirga ferrea, *12*
hoc est, in sacrosancto euangelio. Sed mundus talē correptionē nō
uult suscipere, imo ei resistit, & uult impunitus esse. *ind. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.*

¶ Co. Nusq̄ legi, euāgeliū ȳgā ferreā dici, iussit aut̄ Ch̄rus ap̄los
ire in mūdū uniuersum & p̄dicare euāgeliū, Nec inaniter iussit Ch̄s
neq̄ inutiliter aut̄ infructuose p̄dicauerūt ap̄li. Ita, ut unus Paul⁹ ab
Hierl̄m p̄ circuitū usq̄ ad illyricū (imo Romā usq̄ & ultra) repleuerit
euāgeliū Ch̄ri Ro. xv. Q̄, at̄ Lutheri euāgeliū nō recipit mūdus
recte facit, Est ei adulterinū & mltis errorib⁹ obnoxiiū, atq̄ innūeris
cōuicijs turpiloq̄isq̄ & ipietatib⁹ execrabile ac p̄phanū, Absit igit̄,
ut i oēm terrā exeat son⁹ ei⁹, sic de euāg. Ch̄ri dictū ac factū legit̄.

¶ Lut. Ideo iustitia nihil aliud est, q̄ fides & dei gratia, per
quam nos deus bonos & iustos facit. *12*

¶ C. Neq̄ iustitia neq̄ fides, q̄ p̄ dilectionē opat̄, neq̄ grā dei, q̄ in
nob̄ & uelle & p̄ficere opat̄, bona opa excludit, qb⁹ tā infestus ē us-
biq̄ satanæ minister Luth. Scriptū ē em̄, iustitia iusti sup̄ eū erit In iu-
stitia sua, quā opatus ē, uiuet. Recte igit̄ nos hic admonet Ioh. dicēs
Filioli, nemo uos seducat, Qui facit iustitiā, iustus est, sicut & ille iust⁹
est. Qui facit p̄ctm̄, ex diabolo est &c. 1. Iohan. iij. *12*

¶ L. Ita etiā scriptū habet̄ de Iob. Qd̄ iustus simplex, rectus
hō fuerit & deū timēs. Hoc fit aut̄ solū p̄ fidē, Qn̄ credo, q̄ de⁹ mea
peccata, in sua iustitia interemit & absorpsit. *60*

¶ Co. Nusq̄ scribit̄ de Iob: q̄ p̄ solā fidē fuerit iust⁹ simplex & rect⁹
Ait ei de eo dñs ad satan. Nūqd̄ cōsiderasti seruū meū Iob, q̄ nō sit
ei filius ī terra, uir simplex & rect⁹ ac timēs deū, & recedēs a malo, & *Iob. 2*
adhuc retinēs innocētā, Et ipsemet ait. Si fuero iudicat⁹, scio q̄ iust⁹
inueniar, Iob. 13. Et hęc passus sum absq̄ iniquitate man⁹ meę, cū has
berē mūdās ad deū p̄ces. Iob. 16. Bñdictio p̄turi sup̄ me ueniebat, &
cor uiduę cōsolat⁹ sum. Ocul⁹ fui cęco, & pes claudō. P̄ erā paup̄,
cōterebā molas iniq̄ &c. Iob. 29. Hęc & id̄ gen⁹ innūera legūt̄ bona
opera & exempla beati Iob. Caterum sola illa fides Lutherica nusq̄
q̄ de eo aut̄ ullo sancto leguntur

¶ L. Quia iusti dū uiuūt, hnt̄ carnē & sanguinē, i q̄bus p̄ctm̄
heret. Ad illa deprimēda, de⁹ eos i mltā tribulationē & angustā, pau-
pratē, p̄secutionē, & i oēpiculū ipellit. Quēadmodū Paul⁹ ad Ro. &
Cor. scribit̄, donec caro penit⁹ sp̄ui subijciat̄, Hoc at̄ nō fit nisi p̄ mor-
tē, qn̄ penit⁹ & oīno incinerat̄, *61*

¶ Coc. De fomite peccati alibi rñdimus Luthero ad longū, in te-
gro sane libro, cui adhuc nihil a Lutheranis rñsum uidet. Fallit autē
nimitū Lutherus, dū fomitē illū iustis in culpā & actuale pētū refert
cū sit eis potius materia exercēdæ uirtutis. 2. Cor. xij.

*Sed Luther hic
sibi non mult
vno agit*

¶ Lut. Quia optet nos Christo nostro cōformes fieri. Cū
igit ipse hic cōreptus, irrisus, psecutionē passus est, ita optet & ei⁹ mē
bris cōtingere. Hoc p̄t bñ sibi qsq; psuadere. Hoc ita cōclusum est

Mat. 19.

¶ Coc. Multi sunt reges, cōfessores & uirgines ac monachi sancti
hodie in coelis, q̄ psecutionē mortēq; & opprobria atq; supplicia, q̄
Chrūs passus est, nō ptulerūt. Neq; id necesse est, ut in corpore talia
ferāt, dūmodo animus ad oīa propter Christū ferenda paratus sit.
Poterūt em̄ sancti p̄ bona opa in fide & charitate facta, ad Christū
in regnū coeloz; uenire, dicēte dño. Si uis ad uitā ingredi, serua mās
data. Ita tñ, ut cū Paulo dicāt, nō ego, sed grā dei mecū. 1. Cor. 15

De om̄ errant **Sermo sextus.** *7 dogma peccata hui⁹*

¶ Lut. Si euangeliū esset solū cōsiliū, nō esset ita cōsolato
riū. Cū autē p̄ceptū sit, possum cognoscere sensum dei p̄ Ch̄m. Ex q̄
hoc uult habere, & p̄cipit, ut aliorū hoīm peccata tegamus.

*At Luther om̄
dicitur
Lutherus hui⁹
melanchion
Lutherus eundem*

¶ Coc. Euangeliū neq; solū cōsiliū neq; solū p̄ceptū est, sed utraq;
cōplectit. Turpiter in ijs errāt ac uariant Lutherani, nūc om̄ia, nūc
nulla in Euangelijs esse p̄cepta dicētes. Lutherus Iohannē Huls, ma
gistrū suū, xij. cōsilia ponētē reprobāt philippus eius, nihil aliud quā
Christi & gratiæ p̄ Christū promissionē esse euangelium definit. O
cto uero tantū exhortationes ait in euangelijs eē. Sed ualeāt repētini
hi theologi & euangelistæ, nos ecclesiæ potius & sanctorum patrū
præscriptum sequamur.

¶ Lut. At diabolus hic ludū erexit, Hoc, cōscientijs, q̄ iā
peccata sua agnoscunt, & ab ijs libenter liberarent, indidit, ut hic ad
S. Iacobū currat, alius ad confessionem.

De confessione

¶ Co. Nō diaboli, sed spūs sancti instinctus est, qua suadet cōsciē
tiæ peccatis onerata, ut se pētis p̄ cōfessionē exoneret, & de cōmissis
poenitentiā in orōnibus, elemosynis, pegrinationibus, alijsq; bonis
opibus agat. Nō em̄ diabolus, sed Chrūs p̄ spm̄ sanctū dicit p̄tōri
Memor esto unde excideris, & age poenitentiā, & prima opa fac, A
poc. 2. Itē, Ego q̄s amo, arguo & castigo. Emulare ergo & poenitentiā
age. Ecce sto ad ostium & pulso. Apo. 3.

Sermo septimus. *De piscaria p̄ dno hui⁹*

*Sed Luther hic
dicitur
Lutherus hui⁹
melanchion
Lutherus eundem*

¶ Lut. Nā quāto sceleratior es, tāto citius ipse gratiā infun
dit. Iā magna pars eo tendit, ut se adornet sicut cattus, & postea des
beat eos deus acceptare. Nequaq;. Scriptura deū sic laudat, q̄ au
sert peccata & projicit ea in mare.

De quib; deo arg. Durant; diaboli castro;

¶ Coc. Nō sceleratis, sed humilibus dat deus grām. Iacobi. 4, & 1.
¶ Pet. 5. Rectius ait B. Iacobus. Appropinquate deo, & appropinquabit uobis. Emūdate manus pētōris, & purificate corda duplices aīo.
¶ Paulus. Probet autē seipm hō, & sic de pane illo edat. Itē Esaias. La. 1. Cori. 11.
¶ Esai. 1. uamini, mūdi estote, auferte malū cogitationū uestraz ab oculis meis, gescite agere puerse, discite bñ facere. Itē Moyses. Sacerdotes q̄q; g accedūt ad dñm, sanctificent, ne pcutiat eos. Caueant igit pētōres, ne accedāt ad deū, nisi prius spū humilitati sint & corde cōtriti. De Exo. 19.
¶ Deut. 4. us enim ignis consumens est.

¶ Lut. Nā sicut Petrus hic facit, ita faciūt oēs cōscientiæ, q̄ terrent p̄ suis pētīs. Et uolūt a deo fugere, & aliud idolū quere. Hic nō desiste, sed animose accede, & adhære deo. Alioq̄ qñ uolum⁹ cur rere & opa querere, & auxiliū quærere in aliquo alio deo, & postea uenire, tūc inuenimus deū, quē admodū fatuæ uirgines, q̄ uadūt, & uolūt emere oleū, interim ianua clauditur. *66.* Exi a me dñe, quia hō peccator sum. *Lu. ca. 5.*

¶ Coc. Nemo Petrū de isto timore & hūilitate rephēdit. Nec Adā aliud idolū q̄siuit, qñ post transgressionē se a facie dei abscondit, & timuit. Nā & Moyses, uir alioquī sanctissimus, iussus est diuinitus calciamentū soluere de pedibus suis priusq̄ appropiaret ad Rubū. Exo. 3. Et in monte Synai debuit sanctificari pp̄sus, lauare uestimēta sua, abstinere ab uxoribus, ut esset paratus in diē tertiū, sed ne sic q̄ dē lustrato ac parato, in montē ad dñm ascendere licuit, ne forte interficeret illos. Exo. 19. Vnus Lutherus audet, cōtemptis bonis operibus & sanctoꝝ intercessionibus, plenus peccatoꝝ sordibus, absq; timore ad deū accedere, uelut alter Pentheus aut Lycaon. *Gene. 3.*

Sermo octauus. *Non nisi p̄ cordis & lux 61*

¶ Lut. Sæpe audistis, q̄ erga deum operibus non indigemus, sed erga hominem. *67*

¶ Coc. Sæpius ex scripturis cōtrariū audiuimus. Hic unus aut alter locus sufficiet. Ait psalmista. Quis est hō q̄ uult uitā & cōclina a malo & fac bonū. Moyses, Vt timeas dñm deū tuū, & custodias oīa mādāta & p̄cepta eius. Deut. 6. Quid multis? Nōne Chrūs ipse planis & expressis uerbis facit primū & maximū mandatū de diligendo deo. Secundū uero de diligendo proximo. *psal. 37.*

¶ Lu. Ante deū nulla re egere debemus q̄ solummodo nuda fide. *68*

¶ Co. Nuda fides absq; opib⁹ corā deo mortua ē in semetipsa. Iac. 2. Et sine charitate nihil est, etiā si montes trāserat. 1. Cor. 13. Debemus igit ambulare cū deo. Mich. 6. Sicut ābulauit Noe cū eo uir iustus atq; p̄fectus. Gene. 6. Reddet em̄ deus unicuiq; iuxta opera ei⁹. Roma. 2. Psal. 61. *Nuda fides*

¶ Lut. Ita etiā nostri papistæ ædificant sup ipsorū proprias *69*

ad inuentiones, sup suas fundaciones missar, ieiunia. Hoc sinit se bene inspicere, tanq̄ sit fons qdā, tāq̄ uelint ipsi uitā & salutē inde haurire, cū tñ aquā tenere nō possit, & derelinquunt deū fontē uiuum.

*Quo hunc huius
stiam edificare
g. h. f. s.*

¶ Coc. A Chro. iā olim didicimus, quō sit nobis ædificādū. Oīs ergo, q̄ audit uerba mea hęc (inqt) & facit ea, assimilabit uiro sapiēti, q̄ ædificauit domū suā sup petrā. Qui autē v̄ba mea audit, & ea non facit, supra harenā ædificat. Mat. 7. Nō igit̄ ædificamus sup sola opa n̄ra (sicut hypocritæ) nec sup solā fidē sicut Lutherani, sed sup petrā q̄ Chrs est, audiendo eius uerba p̄ fidē, & faciendo ea p̄ charitatē, q̄ operit multitudinē peccator. Jac. 5. & 1. Pet. 4.

70

¶ Lut. Ita & nos facere debemus, quando ad deū ascendere uolumus, Debemus solū cū Isaac uenire, hoc est cū fide, seruos & asinos deorsum dimittere, hoc est opera. *Et ligna operis & pecunia*

Geni. 22

¶ Co. Nō solā fidē, sed etiā obediētā & innocentā cū Isaac attulit Abrahā. Neq̄ ibi de fide sua, sed de ope obediētā & timore dñi laudat Abrahā. Nūc cognoui (inqt angel⁹) q̄ timeas dñm. Per memet ip̄m iurauit dicit dñs q̄ fecisti hęc rē, & nō pepcisti filio tuo unigenito p̄pter me, bñdicā tibi & c. Et aptiora sunt sup his v̄ba Iacobi, q̄ a me declarari queat aut necessum sit, Abrahā (inqt) pater n̄r, nōne ex operibus iustificatus est, offerēs Isaac filiū suū super altare?

Iacobi, 2

*Exequi
hunc m. d. a. d.*

71

¶ Lut. Iā id bñ nota, q̄ Paulus & tota scriptura hinc & inde dicunt, quæ urgent & credere oportet, & per puram fidem solū erga deum agere debeamus.

¶ Coc. Tu uero Chriane bñ nota, q̄ iā supra diximus, ut uideas, q̄ impudenter & hic & supra nūero. 4. & 43. mentiat Luth, Cum nec Paulus, nec ulla scriptura ei consentiat.

72

*Si igno-
ratis
quæritur*

¶ Lu. Ideo pone sic opa, ut p̄ ea nihil corā deo obtineam⁹, sed ut absq̄ meritis a deo impetremus. Ita inquit Esaias cap. 65. Appari non querentibus me. *Et q̄ dicitur: Soligimus q̄ dicitur: Qui querit sumit*

*Luis honoris
operis*

¶ Co. O authorē ignauit̄ & impietatis, nimitū ptinacē. Nusq̄ nob̄ nō inculcat bona opa scriptura sacra. Et cū laudēt naturalib⁹ opib⁹ suis oēs creaturæ deū, solus hō, quē alijs creaturis p̄fecit deus. Gen. 1. & 9. & ad imaginē & similitudinē suā creauit, a Luthero rephēdit si bonis opibus deū laudet, Per bona opa p̄nitētā deū placauerūt Niniuitæ gētilēs Ionę. 3. Per opus pietatis erga infātulos Hebræorū bñfecit deus obstetricibus Aegypti. Exo. 1. Per abstinentiā a uino placuerūt deo Rechabitæ, Hiere. 35. Orones deniq̄ & eleemosynę Cornelij Cēturionis ascēderūt in memoriā in cōspectu dei. Actu. x. At hoies Chriani q̄s Chrs deo n̄ro regnū & sacerdotes fecit, Apoc. 5. nihil possunt, iuxta Lutheri sniam, p̄ bona opa corā deo obtinere, aut suis meritis impetrare, Et si apparet aliquñ nō querentibus, non sequit̄ hinc, ip̄m querentibus se nusq̄ apparere.

73

¶ Lut. Quādo habeo fidē, & eā nescio, nihil mihi prodest

Co. Mansuetudo
Ideo oportet ipsam erumpere, & mihi notā fieri, p subsequencia o
pera, quæ sunt signa & sigilla, q̄ fides adest.

¶ Coc. Si sola fides in Christū facit & expedit oīa, ut supra nume
ro. 4. dixit Lutherus. Quō hic nescienti ipam nihil prodest: Nunqd
deus, uel ignorantibus nobis, fidē nostrā ignorat? At scit cogitatōes
quoq; hominū deus, Psal. 93. & intuet̄ cor. 1. Regū. 16. atq; scrutatur
renes & corda nostra Hiere. 17. Nouit igit̄ & fidē nostrā, sicut & a
lia bona nostra, q̄ nobis etiā ignorantibus aut non agnoscentib⁹ p
sunt. Cur ergo nihil prodest fides, nisi erumpat per bona opera, si p
sele faciat omnia? Quid igitur falso & uane dicit toties Lutherus. So
lam fidem iustificare ac expedire omnia coram deo, cum sine bonis
operibus nihil prodest?

¶ Lut. Iam cū bonis ita faciendū est, Non debemus pmit
tere ea rapi, debemus mutuare & dare, Ideo emere & uendere, ē me
ra respaganica.

74

¶ Co. Hic m̄tra temere pronūciat Luth. ex cerebello suo. Cur q̄
so debem⁹ bona n̄ra magis mutuare et dare q̄ ea rapi pmittere? Cur
emere & uendere Ch̄rianis nō liceat? Nū Chr̄s tādē circa horā pas
sionis suæ fecit ex apl̄is Paganos, dicēs, Luc. 22. Nūc q̄ habet faccus
lū tollat, sistr̄ & perā. Et q̄ nō habet, uēdat tunicā & emat gladiū? Cer
te sicut egēti mutuare ac petenti dare, ita & tunicā tollenti, pallium
quoq; dimitti consulit, Mat. 5.

*Emere & uendi. nō
est res paganicā*

¶ Lut. Ideo omnia monasteria sunt super stercus diaboli
ædificata. Quia nullus est populus, qui auarior sit, & sibi minus dis
minui permittit, q̄ iste.

75

¶ Coc. De monasteriis & uotis monasticis copiose r̄ndit Luthero
Prior n̄r Dyetēbergi⁹ libris duob⁹ iā editis, q̄ prior. 139, posterior
292, Lutheri mēdacia & errores rephēdit. Hic satis sit dicere, Ch̄m,
cui se deuouēt monastici, & tria illa uota Paupratē, castitatē, & obe
dientiā, in scripturis magnifice cōmēdata, stercus diaboli nō eē. Sed
& ipse Lutherus adhuc hodie in monastico habitu uersetur.

*quod in
Paganis
uolū
p̄p̄rio*

*si non 1525 dicitur
monasteria sic alia
capitulum*

¶ Lut. Iā si christiani esse uolumus, debemus dare mutuo,
quicqd possamus, libere sine omni impositione.

76

¶ Coc. Nos quoq; scenus deestamur, & egenis mutuo dari ualde
probamus. Magis tamen consiliū q̄ præceptū de mutuando statuis
mus, & a Christo statutū declaramus, ne reos præcepti sub morta
li peccato agamus tot homines, qui nō semp sua ceteris mutuare
uolunt, sibi potius ad quotidianā aut etiam futuram necessitatē sua
retinentes, modo id nō ex auaritia aut odio fiat.

Mutuo dicitur

¶ Lu. Tertio si qd nobis rapit̄, nō debem⁹ illd̄ repetere, sed
proxim⁹ debet pro nobis accedere & iuuare, ne nob̄ nimium fiat.

77

¶ Co. Cur ita Luthere? Quia ita præcipit (inges) Ch̄s. At nos ex
Augustino & alijs sanctis patribus, nō præceptū, sed consilium illud

si non repetendum est. Nō hic est opus

Post quis sibi ablata reperit

esse dicimus. Et supra nūero. 74. dixisti, nos nō debere pmittere, bona nra rapi. Et nūero. 41. dixisti euangeliū nihil aliud esse, q̄ dicitio nē de resurrectione Chrī, Rnde igit̄ tibi ipsi. Certe Chrūs nō p̄ alium sed p̄ seipm̄ dixit seruo Pontificis, Si bñ loquutus sum, qd̄ me cedis? Iohan. 12. Et uiduā retulit in exēplū, q̄ p̄ sese, nō p̄ uicinos, de iniq̄ op̄ pressione iudici querebat, Luc. 18. Potest igit̄ q̄s & per se & per alios de iniqua læsione sui apud iudicem conqueri.

Matt. 20

Missus ad fratres

Sermo nonus.

phozu & ledi

78

*Blasphemia
insanum
Jacobin*

¶ Lut. Quo aut̄ Iacobus in Hispaniā uenerit Cōpostellā, ubi magna est pegrinatio, de hoc nihil habemus certi. Quia aliq̄ dicunt eū iacere in Francia Tholosæ, sed ipsi q̄q̄ nō sunt huius rei certi. Ideo finamus illū iacere, & nō curramus illo. Quia nescit, an S. Iacobus, an mortuus canis, aut mortu⁹ equus ibi iaceat, Ideo recte cōtingit illis, qui sic illo currunt.

Actū. 12

S. Iacobus

*Notandum
blasphemia
insanum
Jacobin*

¶ Coc. Qz̄ piū & honestū sit, tā scurriliter in sanctos & eorū reliq̄as loqui, exitus tadē probabit, Iacobū quidē Hierosolymis occisum esse, ex Actibus cōstat ap̄lor. Quo aut̄ in Hispanias Cōpostellā uenerit, sacræ literæ nō tradūt. Verūtāmē corpus eius ibi ueraciter eē, diuina maiestas miraculis & bñficijs potius q̄ literis & folijs cōprobat & oñdit. Sed libet Luthero plene Mezentiiū referre. Ex B. Iacobo facit hic mortuū canē aut equū. Alterius Iacobi ep̄lam stramineam & ap̄lico spū indignā pronūciat. Petro cathedrā & primatū pro caciter negat. Matri saluatoris antiquos honores & hymnos, q̄s dicimus, Salue regina, & Regina cœli, inuidet atq̄ abrogat. Deniq̄ ex diuo Bennone, nup̄ canonizato, nescio quē antiquū diabolū & idolū fingit. Sed in fine uidebit in quos compunxerit.

79

Lu. in cap. Babylonii

*Pegrinari
p̄tū*

¶ Lut. Ideo sine peregrinari quicūq̄ uolet, tu mane domi Sine p̄dicare quicūq̄ uolet. Sine indulgētias, indulgentias esse.

¶ Coc. Si pontifici & impatori p̄ Lutherū nō licet christianis leges dare, nisi uolentibus. Cur ipse tot leges nolentibus nobis p̄scribit? Cur uetat nos pegrinari? Cur inuocare sanctos? Cur sub una specie Eucharistiā sumere? Cur missam sacrificij noīe celebrare? Vbi ista uerū Christus? Vbi Paulus? Vbi ecclia, aut ullus ap̄lor? At non sine p̄phetico mysterio emptus est ager figuli in sepulturā pegrinorū ex p̄cio sanguinis dñi nri Iesu Christi Mat. 27. Et Chrūs ipse pegrin⁹ plerūq̄ fuit, etiā apud Samaritanos, Luc. 9. Iohan. 4. Et in habitu pegrini etiā post resurrectionē apparuit. Luc. 24. Quid obsecro p̄tū est, si nos aliq̄n pegrinemur. Cū S. Petr⁹ obsecret nos, tanq̄ aduenas & pegrinos, abstinere a carnalibus desyderijs. 1. Pet. 2.

80

¶ Lut. Ideo maneamus domi. Si aut̄ q̄s uotū fecit, is desistat ab eo, Quia deus nō habet cōplacentiā in hoc stulto facto.

¶ Coc. Nō est stultū, uouere deo qd̄ p̄stare queas, Impiū uero

de uotis obsequandis

12

est, deo uotū nō reddere. Scriptū est em̄, Vouete & reddite. Psal. 75. Itē uota mea dño reddā in cōspectu oīs ppli ei⁹, Ps. 115. Certe Paul⁹ q̄q; uotū hñs, caput in Cenchr̄is rotōndit. Actū. 18. Quod & Hieros solymis in templo persoluit, Actū. 21.

& uoto: b. f. d. m.

81

¶ Lut. Dicunt euāgeliū solū p̄dicari debere, sicut illud papa, Augustin⁹, & sc̄ti p̄res interpretant. Ita ip̄i nobis suā spurcitiā, uenēnū, & somniū propinarūt & scripturā subtrus scamnū detruserūt

¶ Co. Recte dicūt n̄ri, uti nūc docet exp̄iētia, q̄n Lutherani tā ip̄i dēter ac diuersimode, scripturę iterp̄tationē sibi mēdaci sp̄i arrogāt ut neq; secū, neq; nobiscū satis cōueniāt, dū fullones q̄z & mulierculę de fide, sc̄risq; sacris nūc passim etiā i balneis & tab̄nis irreligiose ac i uerecūde disputāt. At scriptū ē, Ne innitaris prudētię tuę. Prou. 3. Et Lut. ip̄e aliq̄n dixit. Nos debere plus papę, q̄ nobis ip̄s credere

Luth. in reso. conclus. 26
*pape credunt
q̄m scriptis h̄isq;*

¶ Lu. Ideo q̄n uobis d̄r, scripturā eē obscurā, & optere nos h̄re dicta patrū, ad illustrādā ipsam, hoc nō credite. Sed x̄rite foliū, ac dicite, Patrū dicta esse obscura, & oīm hominum doctrinas tenebrosas, & indigere ut per scripturas illuminentur.

*Nec credunt
q̄m scriptis h̄isq;*

¶ C. At difficiles ac obscuras alicubi eē scripturas, aptissime testat Petr⁹. 2. Pe. 3. dicēs. In charissimi fr̄is n̄ri Pauli ep̄lis sūt q̄dā intellectu difficilia, q̄ idocti & instabiles deprauāt, ad suā ip̄orū p̄ditionē. Et Luthe. ip̄e sic ait in suis declamationib⁹ in decē p̄cepta, Impossibile est q̄ sine dāno sint, uel suo pp̄rio, uel aliorū q̄s docēt, q̄ nudo ingenio freti, in sacra scripturā irruunt illotis pedibus, sicut porci, tanq̄ sit humana quædā scientia, a deo nullo reuerentię discrimine uersant in illa.

Lut. circa p̄ceptū. 8

*Vid. Augustin⁹ de sermone
85 adu. ioh̄. q̄
h̄isq; p̄. 2. 3. 4. 22
ubi exp̄iētia h̄isq; quærit*

¶ Lut. Itē, quādo Chr̄s uadit & facit miracula, ibi nemo tam stolidus est, quin sciat eum esse deum.

¶ Co. At mlta & apli miracula fecerūt. Per man⁹ em̄ ap̄lorū fiebant signa & prodigia multa in plebe. Act. 5. Nemo tñ iudæorū aut christianorū tā stolidus erat, q̄ eos diceret esse deos. Stolidus autē & ip̄s pudēs uidet Luther⁹, q̄ supranūero. 54. se posse miracula facere, ut hic deus aut alter Chr̄s existimet, innuit, anteq̄ sineret euāgeliū suū opprimi. Sed ualeat Lut. ille deus suis cū p̄ræstigijs.

84

¶ Lut. Quod aut nunc scriptura obscura est, huius inculpa mus papam, qui non permisit nos in ea legere.

¶ Co. At iudæis q̄z obscura plerūq; scriptura uidet. q̄ tñ papę decretis, n̄risq; doct̄orib⁹ nō utunt. Quot em̄ adhuc hodie sunt iudęi & Lutherani theologij, q̄ librū iob, & p̄phetas legūt, & nō intelligunt. An nō fateat Lut. ip̄e, sp̄m suū nō posse cape Apocal. ioh̄anis. Non uetat papa nob̄ scripturā legere, admonere tñ cū ap̄lo nos p̄t & debet, ut discam⁹ nō altū, nō sublime, nō plus sape, q̄ optet, sed sape ad sobrietatē. Memini sane, legisse me i scriptis Lut. ob h̄ac q̄z rōnē q̄dā scripturę loca eē obscura, ut in eis exercitemus ingenia. Sed nusquā occurrit nūc locus ille mihi. Ait aut teuthonice in sermone de annūciatione Marię. Timere se, ne fiat euangelium nimis commune, q̄a

Roma. 12

*Inter Lutheri
sua quædam*

D

scripturas sacras exp̄iētia n̄ri origū v̄m̄ fuit

Lutherani

non deseruiat pro communi populo.

85 ¶ Lut. Iam ecōtra, solū dicta patrū sunt obscura & tenebro-
sa. Et multo facilius penetrat p Bibliā, q̄ per Augustinum.

¶ Co. Quid ergo tā lōgas & anxias nugas, tū latine, tū reuthoni-
ce scripsit ipse Lutherus in paucos & breues scripturæ psalmos, si tā
facile p Bibliā penetrat? Credo tñ facilius ac citi⁹ plegi posse textū
totius Bibliæ (quō nūc legūt sutores, & mulieres, theologi Luthera-
ni) q̄ perlegunt cū intellectu omnia opera Augustini.

86 ¶ Luthe. Ideo non credite, & tenete libere pro tenebroso.
Quicquid non probat̄ claris dictis Bibliæ.

¶ Co. Nō oīa esse scripta in Biblia, q̄ scire ac tenere nos oporteat
Testat̄ Paul. 2. Thess. 2. dicens, Stare fratres, & tenete traditiones q̄s
didicistis, siue p sermonē, siue p ep̄lam nostrā. Quod & Lutherus ip-
se alibi sensit dū ait uehementer absurdū est, in ecclia aliquid doceri,
cuius nec in scriptura, nec in doctoribus, neq̄ canonibus, neq̄ sal-
tem rationibus potest causa dari.

Lut. in ref.
conclu. 5.

*No oīa scripta
in Biblia*

Nisi abmuda **Sermo decimus** *inquit in scriptura et
matth 5*

87 ¶ Lut. Hoc etiā euangeliū unum est de ueris, quod docet,
Q̄ opera nos nō faciunt probos seu iustos.

*Christiana
opera nō
p pharisæis*

¶ Co. In hoc euāgelio ait dñs, Nisi abūdauerit iustitia uestra plus
q̄ scribarū & pharisæorū & c. ubi profecto uehementer cōmēdat opa,
dicens immediate añ iā dicta uerba. Qui aut̄ fecerit & docuerit, hic
magnus uocabit̄ in regno celorū. Et paulo añ. Sic luceat lux uestra
& c. Mat. 5. At cōtra scribas & pharisæos ait, Mat. 23. Oīa q̄cūq̄ dix-
erint uobis, facite & seruate, secūdū opa uero eorū nolite facere. Dis-
cunt em̄ & nō faciunt. Id q̄d Lutheranis q̄q̄ nūc cū illis cōmune est
In eo tñ peiores sunt isti, q̄ ne dicūt quidē bñ, Ideo neq̄ dicta neq̄ fa-
cta eorū imitari debemus.

*Blasphemia
in Christo*

88 ¶ Lut. Summa summarū, Pharisæi erāt optimi & pbatiss-
mi. Hos taxat hic Chr̄s, quos tñ minime taxare debuisset.

¶ Co. Blasphæma est hæc in Christū propō. Si optimi & pbatiss-
mi erāt pharisæi, cur hodie monachos uocāt Lutherani pharisæos,
tanq̄ genus hominū pessimū? At q̄cūq̄ legeris sextū & 23. ca. Mat-
thæi, facile intelliget, iustissime a Christo pharisæos argui.

89 ¶ Lu. Pharisæi ducūt tā pulchrā uitā, ut utriq̄ & ipsi & al-
lij hoīes putarēt eos regnū celorū possessuros esse, Tamē corripit hic
eos Chr̄s, & ait, Nisi abundauerit iustitia uestra & c.

¶ Co. Ego plus credo Christo & euangelio, q̄ apostatæ Luthero.
Iustitia em̄ pharisæorū omnia ad speciē & uanā gloriā agebat, nihil
ex charitate. Erant ergo folia ficus sine fructu, arbores merito male-
dicendæ, Mat. 21. & eradicandæ aut excidendæ, atq̄ in ignē mittendæ
etiam Iohannis baptistæ testimonio, Mat. 3.

¶ Lu. In hoc ergo remota est q̄stio eorū q̄ querūt, Quid fa-
clam⁹, ut euadam⁹ probi. Nam hic oia opa sunt reiecta, q̄ hō facere
possit, Et omnia optima opera sunt sublata.

90

¶ Co. Melius huic q̄stioni r̄ndet Chr̄s Mat. 19. dicens, Si uis ad
uitam ingredi, serua mandata, Et amplius. Si uis perfectus esse, uas
de & uende omnia &c.

¶ Lu. Ideo non possumus aliquod opus facere, p̄ quod sal-
ui fiamus, & a peccatis liberemur. Quando n̄c id dicit, oportet h̄e
reticū esse. Hic isti quoq̄ bene potuissent dicere Christo, O tu es h̄e
reticus, uis bona opera reijcere.

91

¶ Co. Nusq̄ reijcit bona opa Chr̄s, sed ea p̄cipit & cōmēdat. Opa
aūt pharisaica, q̄ rephendit, erāt uere mala, & solū in speciē & appa-
renter bona, & ideo receperūt mercedē suā in hac uita. Bene operā-
tibus aūt ait, Merces uestra multa est in cœlis, Mat. 5.

¶ Lut. Dictū est antiquis, Non occidas, Hoc uerbū est ni-
mis altū & profundū, q̄ ut quisq̄ perficere queat. Hoc testatur nō fas-
lum hic dominus, sed demonstrat istud uniuscuiusq̄ experientia &
suijsius sensus.

92

¶ Co. Quē occidit (q̄so) Iohānes bapt. Quē Iohānes euāg. Quē
Martha. Quē Lazar⁹. Quē alij scti & innocētes hoies innūeri. Falsus
est igit̄ & ipiū, adeoq̄ & anathemate dignū (teste Hiero.) dicere. De
um hoibus impossibilia p̄cepisse, Fidelis ē em̄ deus (inqt apls, 1. Cor.
x) q̄ nō patiet̄ uos tentari, sup id quod potestis.

*min or Insuper
uero Insuper
de sed sup uer
vni q̄d. 110
omnes sibi
p̄fund. 7*

¶ Lut. Ita interpretat̄ hic Chr̄s legē Moysi, & dat sniam,
Qui irascit̄ fratri suo, hic ē reus iudicij. Hoc trāsit sup totū mūdum.
Nā interrogo hic, Quis est sup terrā, q̄ nō sit reus in hoc mandato

93

¶ Co. Nō sic dicūt scti doctores n̄ri, q̄s ecclia recepit. Nihil igit̄ cu-
ra m⁹, qd hic nugeē Luther⁹, ecclie desertor. Quid mihi em̄ de his q̄
foris sunt, iudicare. 1. Cor. 5. Melius & breui⁹ ait hic Hiero. Qui iras-
cit̄ fratri suo, sine causa. Sic certe nō irascunt̄ oēs. Ex causa aūt irasci-
licet, Iuxta illud. Irascimini & nolite peccare. psal. 4. Addit apls, Sol
nō occidat super iracundiam uestram, Ephe. 4.

ad p̄cipiē Luther.

¶ Lut. Quō uolumus iam facere, si facere nos oportet, &
non possumus, quia nō possumus sordes expurgare. Hic oporet des-
perationem esse in nobis secundū hoc te dispone.

94

¶ Co. Nisi malignissimo studio cuperet Lutherus pp̄m decipere
minime sic loq̄ret̄. Memini sane alibi in scriptis eius, anteq̄ ab ecclia
p̄cisus eēt, me legisse (locū q̄o tā cito n̄c inuenire nō possū) Nō puā
eē iniuriā cōtra diuinā bonitatē, si dicat, Deū nob̄ impossibilia p̄ce-
pisse. Cūq̄ Eckius ei iputasset, qd dixerit, deū p̄cepisse hoī impossibilia,
sic declarat suā sniaz Dico (inqt) mādata dei, etiā leuissima & minima
sūt hoī impossibilia p̄ seipm, s̄z cū gr̄a dei sunt facillima, ut apls ait Pos-
sū oia in eo q̄ me cōfortat, Qui alibi dicit, Nō sumus sufficiētes aliqd

Philip. 4
2. Cor. 3

*D 2
Orator p̄ Luther. de hoc qd Insuper de hoc p̄cipiē Luther.*



7. Cor. 3

Quomodo non p[ro]p[ri]etate ad videndum p[ro]p[ri]etate
cogitare ex nobis, tanq[ua]m ex nobis. Nūc aut[em] ut populū scādalizet, & a bonis opib[us] auertat, etiā grām dei hūitibus ait, Mādāta dei seruari nō posse. Nō em̄ iudg[is] aut Turcis hic loquit[ur], sed Ch[ri]stianis.

95.

¶ Lu. Ideo leges dei sunt solū speculū in q[ui] nos uidem[us] n[ost]ras sordes & maliciā. Et cōcludūt nos oēs sub p[er]t[ur]m. Et q[ui] nos, nō possū[us] mus nos inde eripe n[ost]ro auxilio, & libero arbitrio, nisi supueniat ali[us].

¶ Co. Lex Euāgelica nō operat[ur] irā, ut lex uet[er]is, sed cō (q[ui]d aliud tinet grām, p[er] quā a sordib[us] mūdāmur, & mādāta dei p[er] bona opa adīplemus, Ait em̄ d[omi]n[us], Venite ad me oēs q[ui] laboratis & onerati estis & ego reficiā uos Mat. 11. et ap[osto]l[us]. Nō erubesco Euāg[el]iū. Virt[us] ei[us] dei ē in salutē oīm credēti Ro. 1. Nō ē igit[ur] solū speculū ad uidēdas sordes sed poti[us] v[er]us ad eluēdas sordes p[er] grām & redēptōem Ch[ri]sti. Ro. 3.

96

¶ Lat. Nā cor nō finit se capi, erūpit, & ostēdit se p[er] gestus aut v[er]ba, nō occultat se. Hoc iter[um] semel cōclusum ē, q[ui] sumus dānati Q[ui] dicimus Racha, hoc est, q[ui] nos nō mites & amicabiles in gestib[us] ostendimus erga amicos & inimicos

*Sic p[ro]millio 7
p[er] q[ui] dānati
h[ab]ent*

¶ Co. Nō est cor hoīs ex natura malū, s[ed] ex praua uolūtate, alio[quin] nō dicere[nt] p[er]t[ur]ibus. Redite p[er]uaricatores ad cor Esa. 46. Neq[ue] naturaliter odit hō hoīem, sed sicut uolūtariū ē odiū cordis, ita & facile p[er] simulationē & dissimulationē occultari p[otes]t. Iuxta illud psal. Ore suo b[en]dicebāt, & corde suo maledicebāt, psal. 61. Et cor Regū iscrutabile ē, pu. 25. Et hō uidet q[ui] foris patet. De[us] at[em] intuet[ur] cor. 1. Reg. 16.

*Cor h[ui]us est
in malū
p[er] q[ui] uolū
p[er]u[er]sa*

77

¶ Luh. Nā & si q[ui]s te cogat, ut proximū tuū amice alloquaris, tamē nō adest cor. Et ubi hoc licet, dicis, fatue

¶ Co. Iam dixi. Nō est cor hoīs natural[iter] malū, p[otes]t igit[ur] & amare & odisse pximū, p[otes]t & amorē & odiū uel celare intra sese, uel p[er] externa opa & signa manifestare. Solus at[em] de[us] p[er]fecte nouit cor & cogitatōes ei[us]. psal. 7. Scrutās corda & renes de[us] Itē Hier. 17. Ego d[omi]n[us] scrutās c.

98

¶ Lut. Nūc uenit ultimū in quo oēs rei sumus, Non occides. Nā q[ui] nos est renatus ex deo, ille nō p[otes]t se ab occisione cōtinere. Si cōtinet se ab opere, t[ame]n nō p[otes]t cogitatōes & cōsensum effugere. Nā si quis occidat, dicimus cōfestim. Eya recte factū est illi

¶ Co. Huic & supra r[ati]onem ē nūero. 92. & proxime supra. Absit, ut oēs sc[ilicet] tā pueris facerint corde, ut cogitauerint aut cōsenserint in corde ad occidēdū fratrem aut proximū. Nā ch[ri]st[us] ip[s]e ait de Nathanael. Ecce uere Israelita, in quo dolus nō est. Io. 1. Et uidemus adhuc hodie, si q[ui] unus occidat, plures cōdolere, q[ui] de occisione gaudere. Nō em̄ oēs humanū s[er]uiunt sanguinē, sicut s[er]uit Luche.

99

¶ Lut. Hoc tātū est dictū. Non occides, hoc est, oportet te renasci & alium hominē fieri. *mirabilis glossa q[ui] dicitur q[ui] dicitur*

¶ Co. Quis unq[ui] Gentiliū, Turcar[um] aut Iudeor[um] dixit, tā atrocē & immanē occidēdi affectū oībus hoīb[us] inesse, nisi q[ui]s renascat[ur] aut ali[us] hō fiat? Nūc oēs hoīes Poliphemi sunt, aut Busyrides sed fingit ista

1014
sanguinari? iste somniator, q̄ iā pridē cupit manus suas in sanguine sacerdotum laurare.

¶ Lut. Ita refutat Euāgeliū oēs uias, sup hāc quæstionem 100
Quid faciendū ē ut iusti aut p̄bi efficiamur? Nā ora q̄ diu uoles, ieiuna q̄ diu uoles, da Elemosynas q̄ diu uoles, funda missas, & cōstrue ecclesias q̄tq̄t uoles, tñ es occisor, odio habes fratrē tuū, nō potes eum amice intueri, nō alloqueris eū amice, hoc nō potes dimittere. Ideo iustitia tua nihil est, pertinet ad infernum

¶ Co. Quis nō execret hāc Luth. uesaniā, q̄ cūctos hoies ex sua imānitate & cruēta feritate dijudicat. Lōge p̄fecto aliter p̄positē q̄stioī rñ dēt p̄phete, Chrs & ap̄li. Ecce ait Michas c. 6. Indicabo tibi o hō qd sit bonū, & qd dñs regrat a te. Vtiq̄ facere iudiciū, et diligere misericordiā, & sollicite ambulare cū deo tuo, & Psal. 33. Quis ē hō qui uult uitā &c. Chrs at & Ap̄li iubēt nos agere p̄niam, ieiunare, orare uigilare, elemosynas dare, diligere inimicos & bñfacere ijs qui ode runt nos. Amicos em̄ & publicani diligūt. Mat. 5. Luc. 6. Vere igit̄ ad infernū p̄inet mens & iustitia Lutherana, hic nobis descripta

¶ Lut. Hoc natura etiā nō p̄t facere, bene uadit & orat. O 101
bone ignosce mihi. At si facere nō cogere, & nō timeret infernum & irā dei, nunq̄ faceret. Rancor manet in corde fixus

¶ Co. Mētiunt̄ ipie in deū & naturā Lutherani, dñ negāt affectū in p̄tate n̄ra eē. Scriptū ē em̄ Apposuit tibi ignē & aquā, ad qd uolueris porrigere manū tuā, añ hoīem uita & mors, bonū & malū, qd placuerit ei, dabit̄ illi. Ecc. 15. Qd si hūc lib̄ negent (ut sunt ipudētes & p̄caces) aut de hoīe añ lapsum dici uelint. Ecce uobis libros summe authoritatis. Gen. 4. ait dñs ad Cain nō mō lapsum sed & grauissimū p̄tōrē. Sub te erit appetitus ei, & tu dñaberis illi, & Deu. 30. Testes inuoco hodie celū & terrā, q̄ p̄posuerim uobis uitā & bonū bñdictōem & maledictōem Elige ergo uitā, ut & tu uiuas & semen tuū Hęc & id gen̄ infinita sunt scripturę testimonia de libero arbitrio hoīs, quod impie & imperite nunc negāt Lutherani. Quib̄ nos integris etiā libris alibi de illo respōdimus. *in clausura*

¶ L. Deinde is q̄ lesus est, etiā nō p̄t ignoscere ex corde. Et 102
quēadmodū ille hypocritice orat, ita ignoscit etiā iste hypocritico

¶ Co. Neq̄ legē neq̄ Euāgeliū, ne philosophiā qdē aus (modo diūt hic Lutl e ani. Lex ait Deu. 15. Si un̄ de fr̄ib̄ tuis ad paup̄tatē de uenerit, nō obdurabis cor tuū, nec cōtrahes manū Chrs ait Mat. 5. Vade prī recōciliari fratri tuo. Itē diligite inimicos uestros, bñfacite ijs q̄ ode r̄t uos Pau. ad Ro. 12. Bñdicite p̄sequētib̄ uos. Petr̄. 1. Pe. 1. Simpliciter ex corde inuicē diligite attentius. At Luth. docēt, dupliciter corde agere, & rancorē in corde seruare. Tanq̄ debitoribus nostris nunq̄ uere ex corde dimittamus

¶ Lu. Hūc textū hic nota bñ. Qñ quis uenit, & uult seruire 103
re deo, hoc nō uult habere, Breuiter, debes primū, pximo seruire.

*ponit dñs
quo ad suū sibi ipsi* D iij

¶ Co. At Christus ait Mat. 6. Primū q̄rite regnū dei. & Mat. 22. Primū & maximū mandatū est diligere deū ex toto corde, & secūsdum huic simile, diligere proximū sicut teipm

104

¶ Lut. Ita uult deus multo libētius suo seruitio priuari, q̄ proximi tui auxilio. Et multo libētius uult cōnuere p̄ digitos, si negligens es in eius seruitio, q̄ si in proximi tui utilitate deficias.

*Intra sum
mā in
dabo*

¶ Co. Certe primū Dei p̄ceptū ē de colēdo deo, sicut scdm̄ & tertiu, atq; adeo tota tabula prima Atq; ad ea p̄cepta diligētissime seruanda minis q̄q; & p̄enis nos adigit Adeo, ut i tertiā & q̄rtā ḡnatōem minitei uindictā Exo. 20. Et hoīem i Sabbato ligna colligentē iusserit obrui lapidib⁹ Nu. 15. Nō igit cōnuere uult p̄ digitos, si eius negligas p̄cepta. Primū em̄ deo. proximo secūdu debet obsequium.

105

¶ Lut. Ita uult deus (summa summarū) ut proximus noster sit imago, super quā primū respiciamus

¶ Co. At scripta nos docet oculos primū leuare ad dñm. psal. 122. Irē Oculi mei sp̄ ad dñm, psal. 24. itē Oculi mei defecerūt i salut. tu. psal. 118

106

¶ Lut. Quia de⁹ reijcit seruitiū, qd̄ ei fieri p̄t, si nō pri⁹ pximo

¶ C. Hinc iā supra satis ē n̄sum Et p̄bat n̄ra n̄sio etiā (seruiat exēplo Ch̄ri Luc. 9. Qñ ad alterū dixit. Sequere me. Ille at̄ diceret. Dñe p̄mitte mihi primū ire, & sepelire patrē meū Ait illi Ihesus Sine ut mortui sepeliāt mortuos suos. Tu at̄ seq̄re me, & annūcia regnū dei. Sepelire at̄ mortuos nō ē uulgare officiū pietatis erga pximum

Tobi. 2

107

¶ Lut. Nūc respicite uitā quā hactenus duximus. Iuimus ad S. Iacobū, cōstruxim⁹ tēpla, fundauim⁹ missas, & pximi sumus oblitī. Iam hoc totū p̄uersum est. Nūc dicit hic dñs Vade, & p̄ eo q̄ mihi tēplū uis edificare, hoc da proximo tuo. *monacho exponit hanc*

no. 2. v. 2.

¶ Co. Hoc nūc dicit Ch̄s. Honorauit at̄ Ch̄s tēplū nō uulgaris ter Erat em̄ dieb⁹ docēs i tēplo, noctib⁹ uero exiēs, morabat̄ in monte oliueti Luc. 21. Et cū iudei illud reb⁹ p̄phanis cōraminarēt, facto q̄si flagello de funicul, oēs nūdinatores & nūmularios eiecit de templo, oues q̄q; & boues Et nūmulariorū effudit es, & mēsas subuertit

*Christus cū dicit de
tēplo mundi
uult dīcī p̄
destruēt
tēplū*

Auferte ista hīc (inqt) & nolite facere domū p̄ris mei, domū negociatōis Ioā. 2. Scriptū ē ei Dom⁹ mea dom⁹ oīs uocabit Ma. 21. Esa. 56

108

¶ L. Respice i pximū tuū, quō ei seruias. De⁹ nō magnificat etiā si nunq̄ ei tēplū aedificaueris, si mō proximo tuo sis utilis, Hoc iam totum omittitur. *si scilicet hō p̄ uult p̄*

¶ Co. Facit hic Lutherus sicut Iudas murmurās cōtra mulierē, q̄ unguentū p̄ciosum effuderat sup caput Christi, tanq̄ melius fuisset illud uendari & p̄ciū pauperib⁹ dari Ait aut̄ dñs. Quid molesti estis huic mulieri? opus bonū opata est in me. Nā sp̄ paupes habebitis uobiscū &c. Mat. 26. At alibi qñq; dixit Lutherus Nō frustra Ecclesiā instituisse, ecclesias & loca earū iustificari p̄ uerbū & oratōem.

Lut. de. x
p̄cep. c. 1.

109

¶ Lut. Iudex tradit me seruo, qui proijcit me tūc in carcerē

Cō saluandū p̄uicturā

hoc est in igne infernalē, donec reddā nouissimū quadrātē, hoc est æt
ternaliter, Quia ibi nulla est redēptio, neq; saluatio.

¶ Co. Ne Luther⁹ nūc, postq̄ p̄fide ex ecclia ad Vvaldēses & Pighar
dos trāsijt, cogat purgatoriū ex hac q̄z scriptura Mat. 5, asserere, nos
uā affert expositionē, ita sane durā & obtortā, ut Priscianū q̄z gram
maticā alienā doceat, intelligēs hic carcerē p̄petuū, Itaq; donec sig
nificat ei æterna. Alibi at sic dixit, Mihi certissimū ē purgatoriū ēē
Nec ml̄tū me monēt, qd blaterēt heretici, qn̄ iā mille & plus cētū an
ni sunt, qn̄ B. Aug. i suar; cōfess. li. 9. p̄ m̄re & p̄re suo orat & orādū
petit, Et eadē sctā m̄ ei⁹ moriēs (ut ibi scribit) memoriā sui optauerit
ad altare dñi, s; & a B. Ambro. id factū narrat. Hæc ibi Luth.

domo: No

Luth. in respo.
cōclu. 18 De purgatorio

¶ Lu. Hic uidetis sublimia opa, q̄ nemo facere p̄t, neq; opa
neq; legē, Quia opera faciūt solū hypocritas & pharisæos, Lex sos
lum facit desperare.

ii

¶ Co. Neq; bona opa faciūt hypocritas, neq; lex facit solū despe
rare. Ait em̄ dñs Mat. 5. Sic luceat lux uestra corā hoibus, ut uideāt
opa uestra bona, & glorificēt patrē uestrū q̄ in celis ē. Beatusq; uir di
cit, q̄ in lege dñi meditat̄ die ac nocte, ueq; est tñ, q̄ lex sine gr̄a nihil
ducit ad p̄fectū. Heb. 7. Nec habebunt bona opa, in speciē & p̄pter
uanā gloriā facta, mercedē in celo Mat. 6.

¶ Lu. Christus ē hic spiritualis doctor, q̄ solū ducit cōscien
tias, & docet eas, q̄tū odij & inuidiē & irē in ipsis fixum sit & q̄o ab
ijs liberēt. hoc ē ei⁹ officiū, cū q̄ ei negociū est. Et cū gladio seculari ni
hil habet agere, sed sinit eos dirigere, q̄bus cōmissum est.

iii

¶ Co. Si nihil habet agere cū gladio seculari Ch̄s, unde est ergo
illa potestas? Nūqd̄ p̄ncipes ch̄iani, q̄ gladiū portāt nō sine cā Ro. 13
ad Ch̄m nō p̄tinēt? Sic putat (ni fallor) Luther⁹, q̄ eos Tyrānos &
p̄sequutores uerbi dei, ac Turca peiores publice calūniat̄ ad ppl̄m.

Moisi. s̄m
imponit iudicij

¶ Luth. Videte an nō erat Moises mitis, dulcis, amicabile
homo, qui ad diabolū duci uolebat, & in corpore atq; in aīa dānas
tus esse, dūmodo multitudini parceretur

¶ Co. Nusq̄ scribit̄ de Moise, q̄ uoluerit ad Diabolū duci, atq; in
corpe & aīa dānari. Q̄ aut̄ dixit Exo. 32. Dele me de libro tuo, non
simpliciter, sed cōditionaliter dixit. Hæc em̄ sunt uerba Aut dimittē
eis hanc noxā, aut si nō facis, dele me de libro tuo quē scripsisti. Scie
bat aut̄ se nō deletū iri. Certe nullus iudeor; aut sanctor; Patrū di
xit de Moise, quod hic falso imputat ei Lutherus

Sermo Undecimus.

Undecimus a falso p̄phetis

¶ Lu. Ideo admonet nos dñs & ait Attendite, caute uo
bis a falsis p̄phetis. Hūc punctū debemus hic bene notare. Q̄ dñs

iii

¶ Veni em̄ d̄p̄m̄
ad iudicij

*hic aduertit d̄p̄m̄ quorūdam malitiosorū
qui iudicij alijū nisi p̄. Si di p̄dicatoz
inducunt: Si iudicij iudicij: Deinde: iudicij
h̄ caput eorū scripturā glossari:*

Ypocritae sunt qui multos solent arguere

*Et sic quis
ignorat
suo potest iudicare*

Mat. 7

*falsi
S 29. qui...*

Chrs hic comittit, & dat potestatem omnibus Christianis, iudices esse super omnem doctrinam, & potestatem iudicandi, quid nam sit rectum.

¶ Co. At non ait Chrs, Iudicate doctrinam papae aut episcoporum, uti stulte & sediciose dicit ad populum Lutherus. Sed ait, Attendite a falsis prophetis qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium. Quales sunt maxime haeretici, precipue uero Lutherani hoc tpe. Qui cum neque episcopi, neque prepositi sint, neque a superioribus ad predicandum missi, seipsos tamen sub pelle ouina uerbi dei ut predicet populo Hussitica & Pighardica iam olim danata dogmata, ingerunt. A quibus certe cauendum est omnibus, qui Christo credunt, Satis enim super quibus satis iam ex fructibus eorum cognouimus eos.

114

¶ Lu. Hic punctus nobis apud falsos Christianos suppressus fuit bene mille annis. Quod non habuimus potestatem iudicandi, sed oportuit nos recipere ab aliis omni iudicio, quicquid papa & concilia determinauerunt.

¶ Co. Non iudicat aut docet pastorem ouis, sed ab eo ducit pascatque & uocem eius audit. Ioh. x. Et iubet apostolus obedire, non posse prepositis suis christianos. Hebrae. 13. Et Lutherus ipse aliquando dixit. Non meum, sed potius fidei, imo ecclesiastici forte concilii, est, statuere, quod sit ille suffragii modus

Lu. in reso. conclus. 26

115

¶ Lu. Nunc euangelium subuertit funditus & radicitus papatum & omnia concilia, Quia non tenemur seruare quod papa precipit & homines constituit

Lut. ut sup conclus. 26

¶ Co. Nequaquam est ita, Papae enim in Petro committit oues suas Christus, Iohan. 21. & ecclesiam in conciliis audiendam esse precipit, Mat. 18. Et Lutherus ipse alibi ait, Papae plus debere nos credere, quam nobis ipsis. Item An nondum uidemus quod uigil sit in ecclesia sua Christus, ut etiam errare uolentes, non permittat errare? Haec, & id genus multa in Resolutionibus habet Lutherus, quae nunc apostatice omnia negat.

116

¶ Lu. Ideo adhuc semel dico, capite hoc euangelium, quia neque papae, neque conciliis, neque ulli hominum commissum est, ut constituat & concludat, quid sit fides.

Conclu. 26

¶ Co. Minime sic dicit hoc euangelium, sed iubet attendere a falsis prophetis. Non negat audiendam esse pastorem & ecclesiam. Cur uero toties constituerunt & concluderunt iam per quinqueniū & ultra, temeritate propria Lutheri & coplices eius quod sit fides? An forte non sunt sicut ceteri homines, sed angeli, Ecclesiastici & Euangelistae? O uanitatem superborum superuacua. At Lutherus ipse, cum notasset eum Eckius, quod nihil teneret de conciliis generalibus, in haec uerba respondit. Hunc articulum non esse meum, credo, intelligit, quicquid Resolutiones meas & dialogum contra Syluestrum legerit. Quod id unice deploro ac gemo, nos dignos non esse, ut uideamus legitimum concilium. In resolutione autem ait. Si nouus sit fidei articulus discutiendus, eius determinationem pertinere ad uniuersale concilium.

117

¶ Lu. Quia dicit, Cauete a falsis, Oportet euangelium mentiri, aut papam simul cum conciliis.

¶ Co. Neutrū oportet, sed falsos prophetas, quales maxime sunt

haeretici. Mat. 24. q̄ ducūt in errorē etiā electos si fieri p̄t. Nō igit̄ os
portet euāgelīū mēiri, & papā simul cū concilijs, sed haereticos men
tiri cōtra papā & cōcilia, exploratū est. Lutherus certe ultra triennīū
iā sp̄m suū iacētat, se q̄ ut prophetā a nobis uult timeri, Miracula q̄
q̄ factur̄ (si dñs plac̄) ubi suū uiderit euāgelīū uitupari & opprimi

¶ Lu. Ideo debeo dicere. Papa tu cōclusisti cū cōcilijs, nūc
habeo ego iudiciū, an acceptare queā, nec ne. Quare? Quia non stas
bis pro me, & respondebis, q̄n debeo mori. Sed oportet me uidere,
quomodo ego faciam, ut rei meae sim certus.

¶ Co. Nō morient̄ quidē corpora p̄ te papa atq̄ ep̄us & pa
stor tuus, rationē t̄n dabūt de te deo. Ita quidē, ut si neq̄ p̄ se neq̄ per
aliū docuerint te, ut custodias te a uia mala, tu uero in iniquitate tua
moriaris, sanguinē tuū de manu eor̄ requiret deus. Si aut̄ annuncis
auerint tibi, tu uero ab iniquitatis uia cōuersus nō fueris, tu morieris
in iniquitate tua, porro ipsi aīas suas liberauerūt. Ezech. xxxiiij. Eos igit̄
tur audire ac eis obedire debes & subiacerē. Ipsi em̄ peruigilāt qua
si rationē pro anima tua reddituri. Heb. 13. Ex hoc aut̄ euangelio nul
lum habes aduersus eos iudiciū.

¶ Lu. Quia tā certū te eē oportet, q̄ hoc sit uerbū dei, q̄ cer
ro uiuis, & adhuc certius, sup̄ qd̄ cōscientiā tuā statuas. Et si etiā oēs
homines uenirēt, imo & angeli & omnis mūdus aliquid cōcluderēt,
si non potes hoc iudiciū concludere, perditus es.

¶ Co. Certe qd̄ in sese est uerbū dei, sed incerta est intelligētia tua
Circūdat̄ em̄ es infirmitate & ignorātia. Et saepe magni ac undecū
q̄ docti uiri a x̄o x̄bi dei intellectu aberrauerūt. Quā igit̄ certitudinē
in ignorātia & ibecillitate tua p̄sumas ī teip̄o? Recte aut̄ feceris, si cū
ecclesia credas & intelligas uerbū dei. De illa em̄ nō de te, dicit̄, q̄ sit
columna & fundamentū ueritatis. 1. Timo. 3.

¶ Lu. Quia nō debes iudiciū tuū ponere sup̄ papā, aut sup̄
quēcūq̄ aliū. Teip̄m oportet ita dispositū esse, ut scias dicere. Hoc lo
quitur deus, hoc non, hoc est iustū, hoc est iniustū. Alioqui subsistere
non potes, Non est possibile.

¶ Co. Imo subsistes optime, innixus colūnae & basi ueritatis (ut di
ctū ē) ecclesiae, cōtra cui⁹ fidē, ne inferor̄ qd̄ portae unq̄ p̄ualebunt.
Mat. 16. In p̄prio aut̄ tuo de fide & uerbo dei iudicio, minime sub
sistes. Non enim es columna ueritatis (sicut ecclesia est) sed hō mens
dax & fallibilis. P̄sal. 115.

¶ Lu. Tūc incipiūt & dicūt, Quo possumus scire? qd̄ sit x̄
bū dei: aut qd̄ rectū aut falsum sit. Oportet nos discere a papa & cō
cilijs, At sine eos cōcludere & dicere quicq̄ uolūt, Ego dico, Non
potes tuā fiduciā sup̄ id ponere, nec conscientiam tuam pacare, os
portet teip̄sum cōcludere, de tuo collo agit̄, de tua uita agitur, Ideo
oportet ut deus tibi in cor loquat̄, hoc est uerbū dei, hoc non. Alios

E

Lut. in asser.

reutho.

118

*Quia in fine
111 fando in
111 fando in
111 fando in*

119

*Ecclia romana est
veritas*

120

*Si qd̄ hoc sit de
7 die tpe iustorum
ad p̄dicit*

121

*Si qd̄ hoc sit
p̄cipiū p̄mo
7 galib: quo
fidem dicit
vni lino iustis*

No. Chasig selu audiendy: p 7 qd p Paulu mli

q in cōclusum manet. At n̄r̄ ep̄s Cayphas, Pylat⁹, Herodes, ij cogit
tā uehemēter, q̄ aliquis cogitare possit eos insanire.

¶ Co. Multa hic deblaterat uane Luther⁹, nihil oīno demōstrans,
Quō em̄ scies, an de⁹ an diaboli⁹ tibi dicat, hoc uel illud eē rectū v̄bū
dei, uerūq; eius sensum? Nū ppheta es aut ap̄lus, cui tā familiariter
loquat̄ deus? An nescis p̄ciosum eē uerbū dei, & nō cui libet passim
reuelari. 1. Reg. 3. Nō es Samuel, nō Hieremias, nō Ezechiel, nō Ios
hannes, nō Paulus: peccator es & homo mendax. Scriptū est aut̄. Per
uersæ cogitationes separāt a deo, qm̄ in maliuolā animā non intro
ibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito p̄ctis Sap. 1. Audi ue
ro, qd̄ alibi, dū eccl̄iæ adhuc mēbrū esset, Lutherus de hac re scripse
rit. Eccl̄ia (ingt) errare nō p̄t. Quilibet aut̄ potest in sua deuotione er
rare. Cū & multi prophetæ ac sancti reges similiter errauerint, nos
bis in mōnitionem & terrorem.

Lu. de. x. p̄
cep. cap. 3.

122

¶ Lut. Afferunt deinde dictū S. Augustini. Nō crederem
Euangelio, nisi moneret me eccl̄iæ authoritas, Et putant se iā uicis
se. Tunc dic, Quid ad mē, siue dicat Augustinus, siue Hieronymus,
Petrus aut Paulus, S. Gabriel de cōelo, hoc adhuc plus est, optet me
habere uerbū dei. Audiā qd̄ loquat̄ mihi deus. Quia Petrus & Pau
lus non loquunt̄ uerba sua, sed dei uerbum

Lu. contra
f̄m̄ statū ec

*Presumptio
h̄risi
p̄ qd̄ colz
anno 784
ubi d̄ n̄r̄s d̄o
p̄ d̄o*

¶ Coc. Verbo Augustini astipulant̄ duo libri n̄ri de autoritate
eccl̄iæ nuper æditi. Nec illis quicq; digne r̄ndet Luth. Q; si ne Gabri
elis quidē uerba (cui m̄r̄ Ch̄ri cū tot sc̄tis & magnis uiris credider̄t)
credere debes, quō igit̄ credere debes uerbo Lutheri? Ait em̄ alicu
bi. Ex q̄ de doctrina mea certus sum, uolo p̄ eā uir, atq; etiā angelorū
iudex eē, Ita ut q̄ doctrinā meā nō recepit, saluari nō possit. Dei em̄
est, non mea. O Thrasonē uanū & effrontē. Quis unq; se sic iactauit?
Quis em̄ sic oibus etiā angelis seip̄m p̄tulit, ac iudicē eorū fecit? Ait
aut̄ d̄ns Mat. 11. Nō surrexit inter natos mulierū maior Iohāne bap
tista, Qui aut̄ minor est in regno cōeloz, maior est illo.

123
